

UDK: 930.25 (497.6) “ 1449/1573 ”
DOI: 10.51237/issn.2744-1172.2024.53.429
Primljen: 15.2.2024
Prihvaćen: 31.10.2024
Izvorni naučni rad

Almir Peco, Esad Kurtović

Univerzitet u Sarajevu - Filozofski fakultet
Sarajevo, Bosna i Hercegovina
almir.peco@ff.unsa.ba
esad.kurtovic@ff.unsa.ba

**Izvori za historiju srednjovjekovne Bosne:
Debita Notariae pro Comuni I-IV, 1449–1573¹
(prvi dio)**

Sažetak: Rad predstavlja ispis arhivske građe relevantne za historiju srednjovjekovne Bosne iz serije *Debita Notariae pro Comuni* koja se nalazi pohranjena u Državnom arhivu u Dubrovniku. Izdvojena su i prezentirana ukupno 72 dokumenta koja se odnose na period između 1449. i 1573. godine. Kako su u svescima ove serije upisane finansijske obaveze dubrovačke općine prema drugim institucijama i pojedincima, tako su ispisi obuhvatili i vrijeme nestanka srednjovjekovne bosanske države budući da su potomci pojedinih velikaških obitelji nastavili uredno zaprimati prihode koji su rezultat aranžmana njihovih slavni prethodnika.

Ključne riječi: Državni arhiv u Dubrovniku, *Debita Notariae pro Comuni*, srednjovjekovna Bosna, arhivska građa.

Abstract: The paper presents the transcription of archival material relevant to the history of medieval Bosnia from the series *Debita Notariae pro Comuni*, stored in the State Archives in Dubrovnik. A total of 72 documents dating

¹ Rad je realiziran u okviru projekta “Regalna prava bosanskih vladara i vlastelina u srednjem vijeku” kojeg je finansiralo Federalno ministarstvo obrazovanja i nauke.

between 1449 and 1573 have been selected and presented. As the financial obligations of the Dubrovnik municipality towards other institutions and individuals are recorded in the volumes of this series, the transcriptions also cover the period after the end of the medieval Bosnian state, as descendants of certain noble families continued to receive income resulting from arrangements made by their illustrious predecessors.

Keywords: State Archives in Dubrovnik, Debita Notariae pro Comuni, medieval Bosnia, Archival material.

Za izučavanje svih historijskih aspekata historije srednjovjekovne bosanske prošlosti, sačuvana dokumentacija Državnog arhiva u Dubrovniku predstavlja najvažnije odredište. U svakoj važnijoj seriji koja hronološki pripada vremenu postojanja kasnosrednjovjekovne bosanske države nalazi se manje ili više informacija različite vrijednosti koje otkrivaju, ukazuju ili dopunjavaju fragmente bosanske prošlosti. Zahvaljujući geografskoj blizini, ekonomskim, kulturnim i političkim vezama između Bosne i Dubrovnika te pedantnom bilježenju i čuvanju dokumentacije od strane razvijene dubrovačke komune, do našeg vremena ostale su sačuvane arhivske zbirke od neprocjenjive vrijednosti. Relevantnost i brojnost sadržanih podataka pomoću kojih se uveliko slaže mozaik bosanskog srednjovjekovlja, nametao je potrebu za njihovim ispisivanjem i objavljivanjem. Iako je istraživači koriste već duže od jednog stoljeća, relevantna građa Dubrovačkog arhiva za proučavanje srednjovjekovne Bosne uglavnom je publicirana parcijalno, najčešće kao integralni dio edicija građe susjednih historiografija. Posljednjih godina, prvenstveno zahvaljujući Esadu Kurtoviću, napravljen je veliki iskorak na ovom polju. Objavljene su višetomne zbirke s ispisima nekih od najznačajnijih arhivskih serija.²

² Esad Kurtović, ur., *Izvori za historiju srednjovjekovne Bosne I (Ispisi iz knjiga zaduženja Državnog arhiva u Dubrovniku 1365-1521)* (Sarajevo: Akademija nauka i umjetnosti Bosne i Hercegovine, 2017); Esad Kurtović, ur., *Arhivska građa za historiju srednjovjekovne Bosne: ispisi iz knjiga kancelarije Državnog arhiva u Dubrovniku 1341-1526* (Sarajevo: Institut za historiju i Historijski arhiv, 2019).; Esad Kurtović i Almir Peco, ur., *Izvori sa historiju srednjovjekovne Bosne (Ispisi iz knjiga notarijata Državnog arhiva u Dubrovniku 1370-*

Tom opusu pridodajemo i ispise serije *Debita Notariae pro Comuni* (*Općinski dugovi notarije*). Ona je proizvod prakse i potrebe dubrovačkih pisara za kategoriziranjem i sistematizacijom dokumentacije istovrsnog karaktera. Poput knjiga zaduženja u kojima su bilježena opća dugovanja i kreditiranja privatnih lica, od sredine 1449. godine redovne obaveze i dugovanja dubrovačke općine upisani su u korice nove knjige *Debita Notariae pro Comuni*, odnosno kako stoji u naslovu prvog sveska “Liber pro rebus occurrentibus scribendis in notaria pro comuni”. Nova serija zavodjenja knjiga opisana je na početku prvog sveska gdje je navedeno da je odluku o njenom ustanovljenju donijelo Malo vijeće početkom juna 1449. i da bi se u njoj trebali zavoditi svi općinski tributi i sve općinske obaveze proizišle iz sporazuma prema određenim licima.³ Na odnosnom mjestu u Malom vijeću pratimo pokretanje inicijative nabavljanjem sveska od 200 folija za ove potrebe.⁴ Ukupno je proizišlo pet svezaka u ovom nizu koji

1529) (Sarajevo: Univerzitet u Sarajevu – Institut za historiju i Bošnjački institut – Fonfacija Adila Zulfikarpašića i Historijski arhiv Sarajevo, 2021); Esad Kurtović, ur., *Izvori za historiju srednjovjekovne Bosne* (Ispisi iz knjiga miraza Državnog arhiva u Dubrovniku 1380-1506) (Sarajevo: Autorsko izdanje, 2022); Esad Kurtović, ur., *Izvori za historiju srednjovjekovne Bosne* (Ispisi iz knjiga tužbi Državnog arhiva u Dubrovniku: Lamenta de foris I-L, 1370-1483) (Sarajevo: Univerzitet u Sarajevu – Institut za historiju, 2022); Enes Dedić ur., *Izvori za historiju Bosne u srednjem vijeku: Ispisi arhivske građe iz serije Acta Consilii Maioris Državnog arhiva u Dubroviku (1415-1497)* (Sarajevo: Univerzitet u Sarajevu – Institut za historiju, 2023).

³ “Liber factus pro rebus comunis vigore partis capte in Minori consilio sub die VI junii 1449, in quo scribent que scribebantur in Diuersis notarie et in Debitis ut presenti. Solutiones omnium tributorum comunis et decime Stagni, obligationes que fient pro comuni et supra comune pacta omnia occurrentia inter comune et speciales personas”, Državni arhiv Dubrovnik (dalje: DAD), *Debita Notariae pro Comuni*, I, 1.

⁴ Sa strane: “Pro uno libro fiendo pro comuni”. “Captum fuit quod fieri debeat unus liber de cartis ducentis de capreto pro notaria in quod scribantur omnia tributa comunis et omnes oblige que fierent pro comuni et supra comune et omnia pacta que fient pro comuni et omnia que scribantur in notaria pro comuni nostro” (7.6. 1449), DAD, *Consilium Minus*, XII, 85. Iako u početku sveska *Debita Notariae pro Comuni* stoji da se radi o šestom junu kao vremenu donošenja odluke Malog vijeća, uvid u odluke Malog vijeća pokazuje da se ipak radilo u sedmom junu. U svesku Malog vijeća zavodjenje za sedmi juni započelo je na prethodnoj foliji a popravljjanje pogreške na sljedećoj strani nije jasno uočeno od strane onih koji su započeli novi svezak *Debita Notariae pro Comuni* jer nisu prepoznali izvršenu korekciju datuma. Tome u prilog ide i zavodjenje prvog dokumenta u svesku koji je datiran 7.6. 1449. *Debita Notariae pro Comuni*, I, 2.

dopire do 1617. godine. Već u startu okviru sveska su proširivani jer su polazni okviru serije nadopunjavani raznim dokumentima.

Interes za sagledavanje ove serije proizišao je iz pratećih obaveza Dubrovnika prema osobama povezanim za srednjovjekovnu Bosnu. Značajan uvid u ove sveske ostvario je Mihailo Dinić praćenjem dubrovačkih tributa, Veljan Atanasovski prilikom istraživanja Kosača, Boris Nilević praćenjem vlastele iz loze Pavlovići i Esad Kurtović pisanjem o ulaganju novca na dobit.⁵ Dokumenti iz prvih svezaka veoma su interesantni za historiju srednjovjekovne Bosne. To su operacionaliziranja poslovanja koja su se ranije zavedila u serijama *Diversa Cancellariae* i *Diversa Notariae*. Radi se, uglavnom, o ulaganju novca na dobit, stonskom i svetodmitarskom dohotku, mogorišu, konavoskom tributu, provižiuunu i prihodima od zemlje na dubrovačkom području. Veoma je važno istaknuti da bilježenje spomenutih transakcija ipak nije bilo dosljedno i da su uprkos postojanju knjiga *Debita Notariae pro Comuni* tragovi o isplati dohodaka i drugih finansijskih obaveza dubrovačke općine ostali upisani u drugim arhivskim serijama, uglavnom političkih tijela koja su davala saglasnost o isplati. To nije izolirana pojava da se u pojedinim arhivskim knjigama nailazi na dokumente koji po karakteru i sadržaju pripadaju okvirima drugih serija.

U priloženim ispisima *Debita Notariae pro Comuni* ukupno su izdvojena 72 dokumenta iz četiri sveska. Apsolutno najviše informacija nalazi se u prvom svesku (61 dokument) s obzirom na vrijeme koje obuhvata tj. opstojnost osoba koje su uživale spomenute prihode davane od strane Dubrovčana. Ispisani dokumenti na latinskom jeziku transkribirani su prema izvorniku s razriješenim skraćenicama i proizvoljnom interpunkcijom u svrhu lakšeg praćenja i razumijevanja teksta. Korištenje priložene serije budućim istraživačima uveliko je olakšano kroz prateće regeste uz svaki dokument.

⁵ Mihailo Dinić, “Dubrovački tributi”, Glas Srpske kraljevske akademije, br. 168 (1935): 203-257. (ćir.); Veljan Atanasovski, Pad Hercegovine (Beograd: Narodna knjiga – Istorijski institut, 1979) (ćir.); Boris Nilević, “Vojvoda Ivaniš Pavlović”, Prilozi, br. 14-15 (1978): 349-361; Esad Kurtović, *Iz historije bankarstva Bosne i Dubrovnika u srednjem vijeku (Ulaganje novca na dobit)* (Beograd: Istorijski institut, 2010) (ćir.).

1. Poslanik Radivoj Šiglica izjavljuje da je u ime hercega Stjepana Vučkicia primio od dubrovačke vlade 300 dukata kamata od uloženog novca na dobit i 500 perpera konavoskog tributa:

“Egregius vir ut patet per eius literas credentiales existentes penes Nicolaum Stella cancellarium in idiomate sclauo ex certa eius sciencia confessus fuit se habuisse et recepisse et in veritate in presentia nuy Dalphini notarii et testium infrascriptorum realiter habuit et recepit a domino Rectore ser Junio Mat. de Gradi et eius Minori consilio dantibus virtute libertatis habente a Consilio rogatorum die XXI presentis mensis de denariis comunis ducatos auri trecentum pro prode unius anni finiti die tertio presentis mensis de ducatorum auri sex millium quos dictus cherzech Stipanus habet in comune nostrum. Et hoc in una parte. Et in alia parte yperperos quingentos tributi contrate Canalis anni presenti finiti de III presentis mensis. Faciens pro inde nomine dicti cherzech Stipan eisdem domino Rectori et consilio nomine dicti comunis Ragusii stipulanti, finem, remissionem, quietationem, absolutionem et pactum de ulterius non petendo etc. Quas fines, remisiones, quietationes etc. promisit nomine dicti cherzech Stipanum firmas et ratas habere etc. Renuntiando etc.

Actum Ragusii sub logia ante palatium millesimo, indictione, mense et die suprascriptis, presentibus domino Nicolao de Ansolona, magistro Anzolo de contis de Venecis medico phisico sallariato necnon prouidis viris domino Johannis de Florio, Jacobo Riba de Venetiis, Petro Cauezario, Johanne comes ambobus Catellanis et aliis quod plures testes ad premissa vocatis et rogatis” (23. 8. 1449), Debita Notariae pro Comuni, I, 4v.

2. Poslanik Doberko Marinić u ime bosanskog kralja Tomaša podiže svetodmitarski tribut u iznosu od 2.000 perpera i stonski tribut u iznosu od 500 perpera:

“Doberchus Marinich nuntius et ambaxiator domini regis Thome Bosne ut apparet per eiusdem domini regis literas expeditorias que sunt

ad Nicolam de Stella cancellarium in ydiomate sclauo confessus et manifestus fuit habuisse et recepisse et sic in rei veritate in presentia mei Johannis de Uguçonibus notarii et testium infrascriptorum habuit et recepit a domino Rectore ser Nicola Si. de Goze et eius Minori consilio ad plenum existente dantibus et soluentibus de denariis comunis Ragusii vigore libertatis Consilii rogatorum de qua patet in libro rogatorum sub die XIII presentis pro integra et completa solutione tributi sancti Dimitrii pro uno anno completo ad festum sancti Dimitrii proxime preteriti de 1449. Et in alia manu pro tributo debendo dicto domino regi in festo sancti Blaxii proxime futuris de 1450 yperperos quingentos. Et pro magaris yperperos sexaginta. Qui sunt in totum yperperos II^MCL^{ta}, disfalcatis yperperos CCCC quos prefatus dominus rex soluere promisit mercatoribus et yperperos decem pro una vacha. Vocans se de dictis ambobus tributis sancti Dimitrii et sancti Blaxii et magarixii tacitum et contentum ad plenum faciens proinde domino Rectori et consilio nomine et vice comunis Ragusii recipientibus plenam et generalem, finem et remissionem et pactum de ulterius non petendo. Et liberans etc. ad plenum. Renuntiando etc.” (19. 11. 1449), Deb. Not. pro Comuni, I, 5.

3. Poslanik Vukić Muržić izjavljuje da u ime Ivaniša Pavlovića i braće prima 180 perpera kamata od uloženog novca na dobit, 300 perpera iz glavnice uloženog novca na dobit te 1.200 perpera konavoskog tributa za dvije godine, u svemu 1.680 perpera:

“Vuchiç Mursich ambaxiator Iuanis Paulouich et fratrum prout apparet per eorum literas penes Nicolam de Stella cancellarium in ydiomate sclauo existenti confessus fuit habuisse et recepisse a domino Rectore ser Nicola Si. de Goze et eius Minori consilio dante et soluente vigore libertatis Consilii rogatorum istis diebus date per partem captam pro prode yperperos 3600 quos dicti fratres habent in comune Ragusi, videlicet, pro uno anno completo die 24 junii 1449 yperperos centum octuaginta. Item confessus fuit habuisse et recepisse pro parte capitalis quod habent in comune yperperos tricentos. Item confessus fuit habuisse et recepisse

ut supra pro tributo duorum annorum finitorum die primo nouembris presentis pro Canali ad rationem yperperorum 600 in anno yperperos mille ducentos. In totum yperperos mille sexcentos octuaginta. Quapropter dictus ambaxiator nomine quos pro solutione dictorum denariorum fecit finem, remissionem, quietationem et pactum de ulterius non petendo dicto domino Rectore et eius Minoti consilio stipulantibus et recipientibus nomine et vice comunis Ragusii. Liberans et absoluens etc. ad plenum. Renuntiando. Hec autem carta etc.

Actum Ragusii ante regimen presentibus domino Nicolao de Ansalone, Johanne Sparterio, Antonio Brulo, domino Johannis de Florio, Cola Bonello et aliis pluribus testibus ad hec habitis, vocatis et rogatis” (25. 11. 1449), Deb. Not. pro Comuni, I, 5v.

4. Poslanik Grupko u ime hercega Stjepana prima 300 dukata kamata od uloženog novca na dobit:

“Grupchus ambaxiator de chercech Stiepano prout apparet literas dicti chercech penes Nicolam de Stella cancellarium in ydiomate sclabo existentis, confessus fuit habuisse et recepisse a domino Rectore ser Zupano de Bona et eius Minori consilio dantis et soluentis nomine comunis Ragusii et vigore libertatis Consilii rogatorum capte die [ostavljen prazan prostor] presentis mensis ducatos auri tricentos pro integra solutione prodis ducatorum VI^M quos dictus chercech habet in comune Ragusii ad prode de V pro C^o, videlicet, pro uno anno finito die tercio februarii presentis de 1450. Quapropter idem ambaxiator nomine dicti chercech pro solutione dictorum ducatorum [5v] tricentorum fecit finem, remissionem, quietationem et pactum de ulterius non petendo dicto domino Rectori nec suo consilio. Liberans et absoluens etc. Renuntians etc. Hec autem carta etc. Judex ser Junius Lu. de Bona et Nicola de Stella testis.

Actum Ragusii ante regimen presentibus [6]” [toliko] (26. 2. 1450), Deb. Not. pro Comuni, I, 5v-6.

5. Poslanici Radoje Cicinić i Radić Grupković podižu u ime hercega Stjepana 300 dukata kamata od uloženog novca na dobit i 500 perpera konavoskog dohotka:

Sa strane: “Pro tributis Canalis et prode ducatorum VI^M.”

“Nos Radoy Cicinich et Radić Grupchouich} ambaxiatores de chercech Stiepano ut patet per eius literas credentiales existentes penes Nicolaum Stella cancellarium in ydiomate sclauo, ex certa eorum scientia, confessi fuerunt se habuisse et recepisse et in rei veritate in presentia mei notarii et testium infrascriptorum et aliter habuerunt et receperunt a domino Rectore ser Blaxio de Ragnina et eius Minori consilio, dantibus et soluentibus, virtute libertatis habite a Consilio rogatorum de denariis comunis Ragusii ducatos auri tricentos pro prode unius anni finituri die tercio mensis augusti ducatorum VI^M quos dictus chercech Stiephanus [tako] habet in comune Ragusii. Et hoc in una parte. Et in alia parte yperperos quingentos tributi contrate Canalis anni presentis finituri die tercio dicti mensis augusti proxime futuris. Facientes proinde nomine dicti chercech Stiepani eisdem domino Rectori et eius Minori consilio nomine dicti comunis Ragusii stipulantibus et recipientibus finem, remissionem, quietationem, absolutionem et pactum perpetuum de ulterius non petendo etc. Liberans etc. absoluentes ad plenum. Renuntiantes. Hec autem carta etc. Judex ser Johannes de Volzo et Nicola de Stella testis.

Actum Ragusii ante regimen presentibus magistro Thoma medico, magistro Johanne Mathia medico, ser Jacobo Rubeo de Veneciis, Pasquino de Ancona et Antonio Brullo testibus ad hec habitis, vocatis et rogatis” (11. 7. 1450), Deb. Not. pro Comuni, I, 10.

6. Poslanik Doberko u ime bosanskog kralja podiže 2.000 perpera svetodmitarskog tributa, 500 perpera stonskog tributa te mogoriš u iznosu od 50 perpera (umanjen zbog plaćanja mogoriške krave u iznosu od 10 perpera). U cjelini Doberko je primio 2.550 perpera:

“Doberchus ambaxiator domini regis Bosine prout apparet per eius literas credenciales existentes penes Nicolaum de Stella cancellarium in ydiomate sclauo, confessus fuit se habuisse et recepisse et re vera in presentia mei notarii infrascripti, habuit et realiter recepit a domino Rectore ser Martolo de Zamagno et eius Minori consilio dantibus et soluentibus virtute libertatis habite a Consilio rogatorum de denariis comunis Ragusii pro tributo sancti Dimitrii preteriti de anno finito die 26 octobris 1450 yperperos duos mille. Et in alia manu pro tributo debendo dicto domino regi in festo [10] sancti Blaxii de 1451 yperperos quingentos. Et pro magariis presentis anni finiti de mense augusti preteriti, diffalcatis yperperos X pro vacha, yperperos quinquaginta. In totum yperperorum II^MV^CL^{ta}. Vocans se nomine dicti domini regis pro dictis tributis tacitum et contentum ad plenum et faciens proinde ipsis domino Rectori et consilio nomine et vice comunis Ragusi recipientibus plenam et generalem finem, remissionem et pactum de ulterius non petendo. Et liberans etc. ad plenum. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Johannes de Volzo et Nicola de Stella testis [10v]” (6. 11. 1450), *Deb. Not. pro Comuni, I, 10-10v.*

7. Poslanici Ivan Vlahović, Radivoj Šiglica i Grupko u ime hercega Stjepana primaju 300 dukata kamata od uložnog novca na dobit:

“Iuan Vlacouich, Radiuoy Sigliza et Grupchus ambassiatores chercech Stiepani prout apparet per literas dicti chercech existentes penes Nicolam de Stella cancellarium in ydiomate sclauo, confessi fuerunt habuisse et recepisse a domino Rectore ser Stephano de Çamagno et eius Minori consilio, dantibus et soluentibus nomine comunis Ragusii et vigore libertatis Consilii rogatorum capte die presentis mensis ducatos auri trecentos pro integra solutione prodis ducatorum sex millium quos dictus chercech habet in comune nostro Ragusii ad prode de quinque pro centenario, videlicet, pro uno anno finito die III februarii proxime preteriti de 1451. Quapropter ipsi ambassiatores nomine dicti chercech pro solutione dictorum ducatorum CCC fecerunt finem, remissionem,

quietacionem et pactum de ulterius non petendo dicto domino Rectori et eius consilio nomine et vice comunis Ragusii stipulantibus et recipientibus. Liberantes et absolventes etc. Renuntiantes etc. Hec autem etc. Judex ser Marinus de Restis et testis ut supra.

Actum Ragusii ante logiam etc.” (5. 3. 1451), Deb. Not. pro Comuni, I, 10v.

8. Poslanik Vukić Muržić u ime vojvode Petra Pavlovića i brata (Nikole) prima 1.200 perpera konavoskog tributa za dvije godine i 300 perpera kamata od uloženog novca na dobit:

“Vuchich Mursich ambassiator vayuode Petar Paulouich et fratrum prout apparet per litteras credenciales dictorum vayuode Petar et fratrum existentes penes Nicolam de Stella, confessus fuit habuisse et recepisse a dicto Rectore ser Nicola Jo. de Caboga et eius Minori consilio dantibus et soluentibus nomine comunis Ragusii et vigore libertatis habite a Consilio rogatorum pro tributo duorum annorum contrate Canalis complendorum die primo nouembris proxime futuris yperperos mille ducentos. Item etiam confesus fuit habuisse et recepisse ut supra pro prode duorum annorum complendorum die 24 mensis junii proxime futuris de yperperos III^MCCC quos ipsi fratres habent in nostro comuni ad prodes de 5 pro C^o yperperos tricentos treginta. Vocans se nomine ipsorum fratrum pro predictis tacitum et contentum. Et faciens etc. ad plenum. Presentibus ad hec Pelegrino Dario, Johannis de Florio, Stango de Zarlo et Antonio Brullo et aliis testibus vocatis et rogatis” (2. 4. 1451), Deb. Not. pro Comuni, I, 11.

9. Dubrovački knez s Malim vijećem prima ulog 350 perpera na dobit od pet procenata skrbnika Đurđa tubete iz Drijeva:

Sa strane: “Obligatio pro tutoribus heredum Georgii tubete.”

“Nos Rector ciuitatis Ragusii ser Michael de Proculo cum nostro Minori consilio ad plenum existente confitemur quod nomine comunis

Ragusii super ipsum comune et omnia bona dicti comunis habuimus et recepimus in depositum ad prode de quinque pro C^o in anno et rationem anni a tutoribus heredum Georgii tubete de Narente, videlicet, Vitcho Giuanouich, Giurcho Miletich et Radossauo Braichouich yperperos tricentos quinquaginta qui erant in manibus Radossauo Braichouich. Quos promittimus et obligamus comune Ragusii dare et restituere ipsis tutoribus siue heredibus predictis cum prode secuto ad omnem eorum voluntatem sine aliqua contradictione. Renuntiantes etc. Hec autem carta etc. Judex ser Nicola Pau. de Gondola et Nicola de Stella testis” (1. 6. 1452), Deb. Not. pro Comuni, I, 16.

10. Poslanik Milobrat Stjepanović u ime vojvode Ivaniša Vlatkovića prima 300 perpera (pola provižiuna) prema sporazumu između Dubrovnika i vojvode Ivaniša Vlatkovića:

Sa strane: “Confessio.”

“Milobrat Stiepanouich ambassiator vayuode Iuanis Vlatchouich confessus fuit habuisse et recepisse a domino Rectore ser Michaele de Bocignolo et eius Paruo consilio, dantibus et soluentibus, vigore pactorum et scripturarum existentium inter prefatos dominos Rectorem et consilium seu comitatem Ragusii et dictum vayuodam Iuanis, videlicet, pro parte yperperorum sexcentum qui sibi dantur vigore dictorum pactorum et scripturarum pro parte secundi anni yperperos trecentos grossorum Ragusii. Renuntiando” (18. 1. 1453), Deb. Not. pro Comuni, I, 17v.

11. Poslanik Radič Grupković u ime hercega Stjepana prima 300 dukata kamata od uloženog novca na dobit i 500 perpera za konavoski tribut:

Sa strane: “Solutio cherzecho.”

“Radiz Grubchouich ambassiator cherzechi Stiepani confessus fuit habuisse et recepisse a splendido et generoso milite domino Michaele de Bocignolo Rectore Ragusii et eius Minori consilio, dantibus et soluentibus

pro prode unius anni ducatorum sex milium quos dictus cherzech habet in comuni nostro Ragusii ad prode quinque pro C° in anno, qui annus completus fuit die tertia augusti proxime preterita 1455, ducatos auri trecentos. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Andreas de Babalio et Marinchus Flori testis.

Item confessus fuit habuisse et recepisse ut supra pro tributo siue censu unius anni pro contrata Canalis, videlicet, pro anno preterito completo 1455, die 3 augusti, iperperos quingentos. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex et testis ut supra.

Actum Ragusii presentibus spectabili et generoso viro domino Andrea Contareno patricio Veneto, clarissimo artium et medicine doctore domino magnifico Johanne Calderia ac egregio viro domino Petro Bernardo viceconsule Catellanorum in Ragusio et aliis ad hec habitis, vocatis et rogatis” (24. 9. 1455), Deb. Not. pro Comuni, I, 26.

12. Vojvoda Ivaniš Vlatković uz jemstvo vlastelina Nikole Gundulića zadužuje se kod dubrovačke vlade na 1.000 perpera uz rok vraćanja do praznika svetog Mihaila:

“Nos voyuode Iuanis Vlatchouich principalis debitor et Nicola Mar. de Gondola plegius confitemur quod super nos et omnia nostra bona obligamus nos dare et soluere comuni Ragusii yperperos mille usque ad sanctum Michaellem de mense septembris proxime futuris. Sub pena etc. Tenendo se etc. Renuntiando etc. Hec autem carta etc. Judex ser Damianus de Menze et Marinchus Florii testis” (26. 11. 1455), Deb. Not. pro Comuni, I, 27v. Prekriženo.

Sa strane: “Cassa quia soluit”, Isto.

13. Poslanik Tvrtko Vukmanović u ime hercega Stjepana prima 300 dukata kamata od uloženog novca na dobit:

“Tuerchus [tako] Vuchmanouich nuncius et ambassiator cherzechi Stiepani prout constat per literas credenciales in ipsi Tuertchum, confessus fuit habuisse et recepisse a domino Rectore comunis Ragusii ser

Michaele de Prochulo et suo Minori consilio, dantibus nomine dicti comunis ducatos auri tricentos boni auri et ponderis justi pro integra et completa solutione prode ducatorum sex milium alias positorum in comune Ragusii per voiuodam Sandalium ad prode de quinque pro C^o in anno per unum annum finitum die III februarii 1456. Renuntiando.

Actum Ragusii presentibus magistro Angelo de comitibus medico, Nicolao de Zilbertis de Venetiis et Francisco Bartholomei de Florentia et aliis testibus ad habitis spetialiter rogatis et vocatis” (2. 3. 1456), Deb. Not. pro Comuni, I, 29.

14. Poslanici Zub Rogojević i Žanko (Sanko) dijak u ime hercega Stjepana primaju 1.200 dukata kamata od uloženog novca na dobit (u dvije godine četiri rate po tristo dukata) i 1.000 perpera konavskog tributa za dvije godine:

“Xub Rogoeuich et Xancho diach} ambassiatores cherzech Stiepani prout constat per literas credenciales pro eos presentatas, confessi fuerunt habuisse et recepisse a spectabili et generoso viro domino Damiano de Menze Rectore Ragusii et suo Minori consilio, dantibus et soluentibus nomine et de denariis comunis Ragusii ducatos auri mille ducentos et iperperos mille, videlicet, ducatos 300 pro integra et completa solutione prode ducatorum 6000 quos dictus cherzech habet in comuni nostro ad quinque pro C^o in anno per unum annum finitum die 3 augusti 1456 et ducatos 300 pro prode aliorum ducatorum 6000 quos similiter habet in comuni nostro per unum annum finitum die 3 februarii 1457 et ducatos sexcentos pro prode dictorum ducatorum 12^M per unum annum, videlicet, de ducatis 6000 usque ad diem 3 augusti 1457 et de ducatorum aliis 6000 usque ad diem 3 februari 1458. Et iperperos mille pro tributi Canalis pro duobus annis, videlicet, a die 3 augusti de 1455 usque ad diem 3 augusti de 1457. Renuntiando. Hec autem carta etc. Judex ser Johannes de Volcio et Marinchus Florii testis.

Actum ad portam Pillarum presentibus Bernardo de Roma et Francisco Bartholomei de Florentia testibus ad hec habitis, vocatis et rogatis” (12. 4. 1457), Deb. Not. pro Comuni, I, 31v.

15. Radosav Trebinjanin iz Gorice uz jemstvo Doberka iz Trebinja izjavljuje pred knezom i vijećnicima Malog vijeća da je u potpunosti namiren i da on i njegov brat neće činiti nikakvu nepravdu protiv Dubrovčana:

“Radossauus [prazan prostor] Tribignanin de Goriza sponte et ex certa scientia et non vi in presentia spectabilis et generosi domini Rectoris comunis Ragusii, videlicet, ser Damiani de Menze et sui Minoris consilii in quo consilio fuerunt hii, videlicet, dominus Jacobus Mar. de Gondola, ser Zupanus de Bona, ser Nicola Si. de Goze, ser Sigismundus de Georgio, ser Daniel de Caboga, ser Trifonus de Bonda, ser Andreas de Restis, ser Stefanus de Benessa et ser Petrus de Poza, vocauit et dixit se tacitum, contentum et quietum pro omni eo et toto quod ipse Radossauus quouis modo petere poterat a comuni Ragusii et in bonis ipsius comunis. Faciens ipsi dominis Retoris et suo consilio recipientibus nomine dicti comunis finem, remissionem, quietationem, absolutionem et pactum solemne de ulterius non petendo per se vel alium aliqua ratione, causa, modo ingenio vel quesito colore. Et de pluri promisit ipsi domino Rectori et suo Minori consilio quod nunquam in futurum ipse nec eius frater nec aliquis pro ipsis aut aliquo ipsorum faciet aut inferet aliquod damnum aut aliquam vim siue inueriam in aliquo loco mundi realiter vel personaliter alicui homini aut mercatori Raguseo quoniam modo erit bonus et fidelis seruitor domini Ragusii et seruitor ac adiutor quantum sibi possibile erit omnibus mercatoribus et hominibus Raguseis. Et ut causum sit dictis domino Rectori et consilio quod ipse Radossauus aut eius frater aut alius pro ipsis vel altero ipsorum non faciant aliquod damnum aut aliquam vim siue inueriam realem seu personalem alicui homini aut mercatori Raguseo ad eius preces et instantiam, Doberchus de Tribigne, ibi presens, sponte et volenter se constituit plegium pro ipso

Radossauo et eius fratre super ipsum Doberchum et omnia eius bona” (29. 4. 1457), Deb. Not. pro Comuni, I, 32.

16. Poslanik Vuk Marinić u ime hercega Stjepana prima ono što mu je kao dukatniku hercega Stjepana prošle godine oduzeto od strane Marka i Radivoja Vlatkovića (204 dukata hercega Stjepana, dvije Vukove tacne i 16 dukata za druge stvari oduzete od Vuka):

“Voch Marinich ambassiator cherzechi Stiepani prout apparebat per eius literas credentiales confessus fuit habuisse et recepisse a spectabili et generoso domino Rectore comunis Ragusii ser Junio de Calich et suo Minori consilio, dantibus et soluentibus, nomine ipsius comunis pro integra et completa solutione totius eius quod de anno preterito fuit acceptum ipsi Vocho, tanquam duchatnicho ipsius cherzechi per Marcum et Radiuoy Vlatchouichi, ducatos auri ducentos quatuor qui fuerunt de ducatis ipsius cherzechi et tacias duas que fuerint ipsius Vochi et ducatos sedecim pro extimatione rerum ipsi Vocho acceptarum per dictos Marcum et Radiuoy.

